

Numinus inter Purpuratos disertissimus Interpretes, ac  
Nuntius, mox domi, forisque Caducifer lingua, manu;  
que eloquens, ac totus aliger fuit? Ne Veneris locum;  
FRANCISCO suberahas, praesto ille est tot inter Amores, & Gra-  
tias venustissimus, Cypriasque Rosas Floralia inter Lilia  
intexens. Vinam Martem se ALEXANDER, Imperij penè  
Conditor, Remus, ac Romulus, gerere noluisse; potuisset  
vel sine ferro aureum Sibi non minus quam Suis seculum  
inaugurari. Ut FERDINANDVS SECVNDVS, ac Genitor tuus,  
Iuppiter vel sine tonitru foret; satis erat Roboream Quer-  
cum, ac Victoriã præferre pro Ciuica: sed Austriaca  
progenitus Aquila Sceptrum pro Fulmine, quam pro Sceptro  
Fulmen stringere maluit. Quia PRIMO sub COSMO potuit  
Mantuanò cum Cycno Orbis canere iam redit & Virgo,  
redeunt Saturnia Regna, nempe Aurea; suo ille non de-  
fuit Coelo, nisi quod ut Aeternitati non minus Ciues, quam  
Filios aleret cunctando restituit rem: & Falceosus pro Ra-  
stro Noxias tantum Herbas execut. Qui reliquis atque  
intermediusest Solis locus, an non TIBI superstes, ac debitus  
qui ipso Iuuentuus in Flore non vnã colligis lauream,  
qui aurea etiã inter Serenissima. Auroræ tuæ Lilia in lu-  
cem Filios pro Sideribus edis; & emensis iam clarioribus Eu-  
ropæ Signis, in folio, ut in curru, Orbium tuorum frenos  
firma dextera, varia arte, vna semper in Virgine, vna  
moderaris in Libra? Hinc est, quod Sex Orbibus tuis vnã  
superesse Sidus videatur, quod vnus Tu quasi extrã or-  
dinem, non orbitam, Sol in omnes influis, per omnes excur-  
ris, in omnibus dominaris. Illud tandem superest, ut Nostri  
quoque amulus, ac triumphantium more vnũ ascendas  
in currum, eundem per ambules, sustineasque Zodiacum;